





18

8,

1715 13

SELECTA
 DE
VITA ET SCRIPTIS
IOANNIS BODINI

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
 SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

FRIDERICO AVGVSTO
 PRINCIPE REGIO

RELIQVA

D. XX. APRIL. A. clo lccc XV.

PLACIDO EXAMINI ERVDITORVM
 SVBMITTVNT

P R A E S E S

M. POLYCARPVVS LYSERVS

ET

COMMILITO

**IOANNES HENRICVS SCHLEGEL, VVVRG. MISN-
 IVR. ET LL. CVLTOR.**

VITEMBERGAE, FORMIS SAMVELIS KREVSIGIL.



P. 539.

phos

Whitas.

35



SEALATA

VITAE ET SCRIPTIS

JOHANNIS HENRICI
D. O. M. I. N. O.

D. JOHANNIS HENRICI
FR. H. B. I. C. O. A. V. G. V. S. T. O.
S. C. H. E. I. L. I. O.

FR. H. B. I. C. O. A. V. G. V. S. T. O.
FR. H. B. I. C. O. A. V. G. V. S. T. O.

M. P. O. L. Y. C. A. R. P. V. S. L. Y. E. R. V. S.


FR. H. B. I. C. O. A. V. G. V. S. T. O.
FR. H. B. I. C. O. A. V. G. V. S. T. O.



V I R O
PRAENOBILISSIMO, AMPLISSIMO ATQVE
CONSULTISSIMO,
D O M I N O
D. IOANNI ELIAE
SCHLEGELIO,
ICTO WVRGENENSI LONGE CELEBERRIMO,
PARENTI OPTIMO
HAS
STVDIORVM SVORVM PRIMITIAS
EA, QVA PAR EST
PIETATE, RELIGIONE, OBSERVANTIA
D. D. D.
FILIVS OBSEQUENTISSIMVS

IOANNES HENRICVS SCHLEGEL.





VIRI
FRANCOSSIMO AMPLISSIMO ATQUE

VITA ET SCRIPTIS

D. JOHANNIS ELIAE

SCHIBERGERII

OPUS VERO ET SCRIPTIS

PARENTIS OPTIMO

OPUS VERO ET SCRIPTIS

OPUS VERO ET SCRIPTIS

OPUS VERO ET SCRIPTIS

OPUS VERO ET SCRIPTIS

OPUS VERO ET SCRIPTIS

OPUS VERO ET SCRIPTIS

OPUS VERO ET SCRIPTIS

OPUS VERO ET SCRIPTIS

OPUS VERO ET SCRIPTIS

OPUS VERO ET SCRIPTIS

OPUS VERO ET SCRIPTIS

OPUS VERO ET SCRIPTIS

OPUS VERO ET SCRIPTIS

OPUS VERO ET SCRIPTIS

OPUS VERO ET SCRIPTIS

OPUS VERO ET SCRIPTIS

OPUS VERO ET SCRIPTIS





SELECTA

DE

VITA ET SCRIPTIS
IOANNIS BODINI.

I.



Vm commentarios de uita et scriptis Ioannis Bodini nondum a quopiam elaboratos esse animaduerterim, operam aliquam hac in re uel ideo ponendam esse credidi, quod multa singularia partim circa eius uitam, partim etiam circa illius scripta obseruanda ueniant. Baylius quidem in suo lexico omnium exactissime nobis exhibuit, quae de Bodino scriptis consignata sunt. Interim nonnulla ab eodem perperam esse dicta, multa uero neglecta facile appare-

A 2

ret,

ret, si exactam Bodini uitam dare animus esset. Cum uero eam, nunc quidem, exhibere, institutum nostrum non permittat, feligemus interim hac uice aliqua, in quibus circa uitam et scripta Bodini ab eruditis fuit erratum.

II.

Mireris merito, quod Guil. Saldenus qui ingentis lectionis uir haberi uult, ignorauerit tamen Ioannem Bodinum, Iurisconsultum illum et Historicum, eundem esse cum autore colloquii de abdicis rerum sublimium arcanis. *uid. eius Otia Theologica ed. Amstelod. 1684. Lib. IV. Exerc. XI. seg. 2. p. 797.* Nisi enim hoc aliunde apud eruditos satis constaret, conuenientia tamen styli, et alia, id ipsum euincerent. Accedit, quod praeter nostrum Bodinum alius Ioannes, qui nominis celebritatem in rep. literaria acquisuerit, reperiatur, quod sciam, nullus.

III.

Ioannes Bodinus a Cuiacio impugnatus latet sub anagrammatismo : Andius sine bono. Non uero ita uulgo appellatus est, quod se, et
sua,

fua, nimium praedicare, alios uero insolenter conculcare praeter meritum soleat, ac rei ueritatem, ut tradit Lansius *apud Quensiedium in dialogo de patriis illustrium doctrina et scriptis uirorum ed. Witteb. 1654. p. 46. et Tobiam Magirum in Eponymologio Critico ed. Francof. 1644. p. 41.* Nec dictus est Andius sine bono, eo quod pauper diem suum obierit, ut afferit Moreri *in Dictionario magno historico ed. Lugdun. 1683. T. II. p. 263.* Nam et ante Bodini mortem hoc in illum ferebatur scomma. Perperam etiam anagramma nominis Bodiniani ita fititur ab Hoffmanno *in Lexico ed. Basil. Andius sine bono.* Nec ita dictus est, ut inuit Hoffmannus, quod ciuibus suis nullam praestiterit utilitatem, sed extra patriam uixerit.

IV.

Bodinus non fuit cancellarius Francisci Herculis Ducis Andegauensis, ut habet Hoffmannus *in corde Iudaico difficulter conuertendo ed. Helmstad. 1701. p. 386.* sed solum huius Principis libellorum Magister et consiliarius *uide Bodinum de Rep. Lib. I. c. X. 255. ed. Francof. 1591. et L. VI. c. II. p. 1030.*

A 3

V.

V.

Frustra Thomas Crenius in animaduerſionibus philologicis et historicis ed. Roterod. 1695. P. I. p. 92. 93. Libertum Fromondum erroris inſimulat, quod Principem illum, cui Bodinus fuit a conſiliis, Herculem dixerit Alenzonium, non uero Franciſcum Andium Ducem. Sed fallitur ipſe Crenius, ex uno duos faciens. Siquidem Princeps ille appellabatur Franciſcus Hercules Alenzonius, Dux Andium et Belgarum. Diſcimus hoc partim ex aliis partim ex ipſo Bodino. Vide eius Rempublicam ed. Francof. 1591. L. I. c. X. p. 255. L. III. c. VII. p. 543. item Famianum Stradam de bello Belgico dec. II. ed. Antuerp. 1648. p. 281.

VI.

Mortuus eſt Bodinus A. 1596. ſi credimus Thuano Historiar. ed. Francof. 1621. Lib. CXVII. p. 771. ad A. 1596. Certe non obiit A. 1585. ut aſſerit Hoffmannus in Lexico ed. Baſil. Saldenus in Otiis Theologicis ed. Amſtel. 1684. Lib. IV. Exerc. XI. ſeq. 2. p. 797. et Guilielmus Budaeus in Thanatologia inſerta Io. Mich. Heineccii et Ioh. Georg. Leuckfeldi Scriptoribus rerum Germa-



Germanicarum ed. Francof. 1707. p. 259. b. nec circa A. 1585. ut habet Moreri in Dictionario magno historico ed. Lugdun. 1683. T. II. p. 263. Nec A. 1587. 10. Mart. aet. LXIIX. ut habet Elias Reufnerus in isagoge historica ed. Ienae 1609. p. 637. Siquidem dedicatio theatro naturae Bodiniano praefixa data est A. 1596. Hinc Christophorus Hendreich in Pandectis Brandenburgicis ed. Berolin. 1699. p. 615. a. dicere non debebat Bodinum mortuum esse A. 1585. uel. A. 1596.

VII.

Non putarem Iosephum Scaligerum potuisse, aut debuisse, ignorare *uid. eius epistolam ad Carolum Labbaeum ed. Lugdun-Bat au. 1627. p. 682.* cur Bodinum Pontificii odio habuerint. Siquidem in uulgo notum, et ex scriptis Bodini non solum conicitur, sed et ex indicibus uariis librorum prohibitorum, et expurgatorum, discitur, factum illud uarias ob causas, partim quod haereticos passim laudet, partim quod aliqua Pontificiorum dogmata impugnet, partim etiam quod personas ecclesiasticas ipsumque Pontificem Romanum non omni reuerentia tractet.

XII.

IIIX.

Qui Bodinum atheis accensent, uel athei uocabulum nimis late accipiunt, uel Bodini scripta non euoluerunt. Si reprehendendus est Bodinus circa religionem, dicerem illum potius superstiosum, et ad Iudaismum prouum, quam atheum. In primis Daemonomania, et uniuersae naturae theatrum, talia habent, quae ab atheo nunquam asseruntur.

IX.

Metricarum legum pueriliter imperitum fuisse Bodinum Grotius in *epistola ad Io. Corde-
desium ed. Amstelod. 1683. p. 127.* non assereret, si eius uersionem Oppiani legisset. Versio scilicet haec est carmine heroico latino eleganter expressa.

X.

Graecis literis uix imbutum dicere Bodinum cum Grotio *l. c.* temerarium nimis uidebitur illi, qui uel leuiter Oppianum Bodini latine reditum, et commentario doctissimo illustratum, inspexit.

XI.

XI.

Si uidisset Lipenius Oppiani de Venatione libros IIII. Ioan. Bodino interprete, quibus accessit commentarius uarius, et multiplex, eiusdem interpretis. Lutetiae apud Michaëlem Vascofanum. MDLV. in quarto non allegasset in *Bibliotheca reali medica ed. Francof. 1679. p. 356. b.* Bodini commentarium in Oppiani libros de piscium natura et uenatione. Non enim commentatus est Bodinus in libros Oppiani de piscium natura. Praeterea et interpretationis Bodiniana a Lipenio mentio fieri debuisset.

XII.

Bodinus non edidit Oppianum de piscium uenatione, ut habet Hendreich in *Pandectis Brandenburgicis ed. Berolin. 1699. pag. 615. b.* sed Oppianum de uenatione. Nec edidit illum Graeco-Latinum, ut docet idem *l. c.* sed latine solum.

XIII.

In catalogo bibliothecae Heinsianae male excusum esse Budaeus pro Bodino existimat Fabricius in *Bibliotheca Graeca Lib. IV.*

B

ed.

ed. Hamburg. 1708. pag. 628. not. h. Sed obstant quaedam, quae me prohibent, quo minus Fabricio assentiar. Namque in dicto catalogo *ed. Lugd. Bat. 1682. P. II. pag. 72. n. 36.* inter Poetas in quarto refertur Oppianus de piscatu et uenatione Graec. Lat. cum commentario Budaei Paris. typis Regiis 1555. Si animaduersio Fabricii recte sese haberet, non solum male Budaeus pro Bodino allegatus fuisset, sed alii insuper tres errores in recensione huius scripti forent emendandi. Primo enim non debuisset scribi, Oppianus de piscatu et uenatione, sed solum, Oppianus de uenatione. Deinde editio Bodiniana non est Graeco-Latina sed latina tantum. Denique non typis Regiis, sed apud Vascofanum prodiit Oppianus Bodini. Non autem existimauerim in unico hoc scripto catalogum dictum, qui alioqui fatis accurate confectus, quatuor notabiliores admisisse errores. Taceo inscriptionem Oppiani Bodiniani etiam in aliis leuioribus discrepare ab adducto titulo. Hinc potius persuadeor, uere talem Oppianum, qualis cum Budaei commentario refertur, prodiisse. Innuit forte hanc editionem Bodinus, quando queritur, Grammaticum quendam Oppiani libros de uenatione oratione

soluta, quantum libuit, de suo labore detrahentem iterum peruulgasse. *uid. Bodinus in methodo historica ed. Basil. 1579. c.V. p. 81.*

XIV.

Puto indicari Oppianum Bodini, quando in bibliotheca instituta et collecta a Conrado Gesnero in epitomen redacta et locupletata a Iohanne Simlero *ed. Tigur. 1574. pag. 346. b.* dicitur Bodinus quaedam Latino carmine erudite scripsisse, quae a Vascosano excusa sunt 1555. in quarto. Interim expressio Simleri generalior mouit sine dubio Draudium et Lipenium, ut ille *in bibliotheca classica ed. Francof. 1625. p. 1579.* adduceret Io. Bodini quaedam Paris. ap. Vascos. 55. 4. hic uero *in Bibliotheca Philosophica* poneret, Io. Bodini carmina quaedam Paris. 4. 1555. Persuadeor enim nihil unquam Bodinianum has inscriptiones prae se ferens produisse. Nec adeo infuetum Draudio est, aut Lipenio, titulos afferre librorum a se nunquam uisorum.

XV.

Nimis liberalis est Moreri *in dictionario magno historico ed. Lugdun. 1683. T. II. p. 263.* dum

B 2

Bodino

Bodino tribuit diuerfos commentarios, cum tamen praeter commentarium in Oppianum nulum alium ediderit.

XVI.

In methodo legendae historiae Bodinum nihil minus, quam ea de re, tractare, ut titulo suo nullo modo respondeat oratio, perperam asseritur in Scaligeranis *ed. Colon. 1695. p. 62.* Namque inspectio libri euincit, prooemium huius methodi agere de facilitate, oblectatione, et utilitate, historiarum, caput primum, quid historia sit, et quotuplex, tradere, secundum de ordine historiarum tractare, tertium de locis historiarum recte instituendis, quartum de historicorum delectu, quintum de recto historiarum iudicio, decimum de historicorum ordine et collectione. Licet autem reliqua capita aliena a proposito uideri possent, sextum scilicet de statu rerum publicarum, septimum confutationem sistens, eorum, qui quatuor monarchias, aureaque secula statuunt, octauum de temporis uniuersi ratione, et nonum, qua ratione populorum origines haberi possint, tradens. Dicendum nihilominus potius fuisset, Bodinum plus, quam minus praestitisse ac promittere uidetur.

XVII.

XVII.

Cur Sammarthanus in *elogiis doctorum in Gallia uirorum ed. lenae 1696. p. 92.* Bodini methodum ad facilem historiarum cognitionem breuem libellum uocet, causa apparet nulla. Namque hic liber plerosque eorum, quos quidem noui, qui hac de materia aliquid scriptis consignarunt, facile mole superat.

XIIX.

Bodini methodus ad facilem historiarum cognitionem non dispescitur in libros sex, ut perperam asserit inscriptio artis historicae penus *ed. Basil. 1579.* sed in prooemium et capita X.

XIX.

Fallitur Hendreich in *Pandectis Brandenburgicis ed. Berolin. 1699. p. 615. a.* scribens, methodum Bodini historicam duodecim eiusdem argumenti scriptorum commentariis adauctam sub titulo artis historicae penus prodiisse Basileae 1579. Sunt enim scriptores in hac sylloge collecti duo de uiginti, non tredecim.

B 3

XX.

XX.

Crederemus Struuius, qui Bodinum in libris de republica blasphemum esse perhibet *in bibliotheca Philosophica ed. Ienae 1704. p. 151.* nisi lectio dictorum librorum contrarium euinceret. Mallet aliqua loca adduxisset Struuius, quibus fidem suo asserto faceret. Non sufficit accusare, sed probatio accedere debet.

XXI.

Et minus recte intellexit Diecmanni uerba, et colloquium Bodini heptaplomeres uix inspexit autor nouellarum reipublicae literariae. Ait enim *in Iun. A. 1684. p. 345,* in colloquio hoc primum Ecclesiam Romanam impugnari, dein Lutheranos, tertio omnes sectas in genere, quarto naturalistas, quinto Calvinianos, sexto Iudaeos, et tandem Muhamedanos. Siquidem et nullus talis ordo in dicto colloquio obseruatur, et non omnes hae religiones uere impugnantur. Dixerat praeterea Diecmannus, quem autor noster recenset, ex septem collocutoribus, quos nominauerat, stare primum, scilicet Coroneum, a partibus
Pon-

Pontificiorum, secundum, scilicet Fridericum Podamicum, a partibus Lutheranorum, tertium Hieronymum Senamum a partibus omnium sectarum, quartum Diegum Toralbam a partibus Naturalistarum, quintum Antonium Curtium a partibus Calvinianorum, sextum Salomonem Barcaffiam a partibus Iudaeorum, septimum Octavianum Fagnolam a partibus Muhamedanorum.

XXII.

Hieronymus Senamus in dialogo Bodini de abditis rerum sublimium arcanis religionem gentilium defendendam in se suscepit, non uero omnes sectas, ut narrat Diecmannus *in disputatione habita Praeside Christoph. Franckio de Naturalismo cum aliorum tum maxime Io. Bodini ed. Kilonii 1683. p. 6.* et ex eo alii ut Daniel Georgius Morhofius *in Polyhistore ed. Lubec. 1708. T. I. L. I. c. VIII. n. 9.* et Burcardus Gottself Struuius *in introductione ad notitiam rei literariae ed. Ienae 1706. c. IX. seg. 4.*

XXIII.

Falluntur, quicumque in ea uersantur opinione, Bodinum Naturalistam imprimis agere in opere suo de abditis rerum sublimium arcanis

nis

nis inedito. Inspectio potius accuratior uirus Iudaicum deprehendit. Hinc, quaecunque tradit, ad stabiliendam Iudaicam religionem uidentur collimare.

XXIV.

Minus recte manuscriptum Bodinianum a Morhofio in *Polyhistore ed. Lubec. 1708. T. I. l. I. c. VIII. n. 7.* inscribitur: de sublimibus et admirandis rerum arcanis. Ita potius inscriptio in exemplaribus, quae mihi inspicienda obtigerunt, reperitur: Ioannis Bodini colloquium heptaplomeres de abditis rerum sublimium arcanis.

XXV.

Qui hoc scriptum Bodinianum nunquam esse edendum pronunciant, uel praeiudiciis maximis de hoc scripto laborant, cum illud nunquam inspexerint, uel in doctrina Christiana minus solide se fundari suspensionem praebent. Ego editionem illius colloquii non adeo dissuadendam putarem, cum et existent pestilentiora, aut saltim aequae impia, scripta in V Vagenseilii telis igneis Satanae, et alibi, et, si adderetur antidotum, nullum inde damnum apud infirmiores in fide foret metuendum, sed potius occasio daretur, multa erudita, utilia, ac curiosa, eruendi.

Wittenberg, Diss., 1715

ULB Halle

005 390 001

3







B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

ECTA
DE
1715 13
SCRIPTIS
S BODINI

E MAGNIFICENTISSIMO
INCIPIE AC DOMINO
O AVGVSTO

E REGIO
IQVA
A. cl. lxxxv.
NI ERVDITORVM
TTVNT

E S E S
VS LYSERVS

T
ILITO
SCHLEGEL, VVVRG. MISN.
L. CVLTOR.

SAMVELIS KREVSIGIL.

